



## IX Infra Octavas, quæ non sunt de B. Maria Virg.



## X In Dominicis Adventus et Quadragesimæ usque ad Dominicam Palmarum inclusive

V  
AD ASPERSIONEM AQUÆ

(Extra Tempus Paschale)



## INDEX

I Toni Gloria in excelsis Deo . . . . .	3
II Tonus Credo . . . . .	5
III Praefationes in tono solemniori	
De Nativitate Domini . . . . .	6
De Epiphania Domini . . . . .	8
De Quadragesima . . . . .	10
De sancta Cruce . . . . .	12
Paschalis . . . . .	14
De Ascensione Domini . . . . .	16
De sacratissimo Corde Jesu . . . . .	18
De Iesu Christo Rege . . . . .	20
De Spiritu Sancto . . . . .	22
De sanctissima Trinitate . . . . .	24
De B. Maria Virgine . . . . .	26
De sancto Joseph, Sponso B. M. V. . . . .	28
De Apostolis . . . . .	30
Communis . . . . .	32
IV Toni Ite, Missa est, etc. . . . .	34
V Ad Aspersionem aquæ . . . . .	36

MISSÆ PROPRIÆ  
ARCHIDICESES PADERBORNENSIS

Die 4 Decembris

S. ANNONIS  
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Duplex

Missa Státuit, de Communi Confessoris  
Pontificis 1 loco, præter Orationem se-  
quentem:

Oratio P

Largíre, quásimus, omnípotens Deus,  
fragilitati nostræ subsídium: et  
suffrágii beáti Annónis, Confessóris tui  
atque Pontíficis, súbditum tibi gubérrna  
pópulum; ut, qui Ecclésiæ tuæ exstitit  
prædicátor et rector, idem apud te sit  
pro nobis perpétuus intercéssor. Per Dó-  
minum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Petri Chryso-  
logi Ep., Conf. et Eccl. Doct.:

Oratio

Deus, qui beátum Petrum Chrysólogum  
Doctórem egrégium, divínitus præmon-  
strátum, ad regéndam et instruéndam  
Ecclésiam tuam éligi voluísti; præsta,  
quásimus; ut, quem Doctórem vitæ  
habúimus in terris, intercessórem habé-  
re mereámur in cælis. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Feriæ.

Postea Commemoratio S. Barbaræ Virg.  
et Mart.:

Oratio

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ  
mirácula étiam in sexu frágili victóri-

Prop. Paderbornen.

am martýrii contulísti: concéde propí-  
tius; ut, qui beátæ Bárbaræ Vírginis et  
Mártiris tuæ natalítia cólimus, per ejus  
ad te exémpla gradiámur. Per Dómi-  
num nostrum.

Et dicitur Credo, ratione Commemora-  
tionis S. Doctoris.

Secreta

C

Sancti tui, quásimus, Dómine, nos  
ubique lètificent: ut, dum eórum  
mérita recólimus, patrocínia sentiámus.  
Per Dóminum nostrum.

Pro S. Petro Chrysologo

Secreta

Sancti Petri Chrysólogi Pontíficis tui at-  
que Doctóris nobis, Dómine, pia non  
desit orátió: quæ et múnera nostra con-  
ciliët; et tuam nobis indulgéntiam sem-  
per obtíneat. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio Feriæ.

Pro S. Barbara

Secreta

Súscipe, Dómine, múnera, quæ in be-  
átæ Bárbaræ Vírginis et Mártiris tuæ  
solemnité deférimus: cujus nos con-  
fídimus patrocínio liberári. Per Dómi-  
num nostrum.

Postcommunio

C

Praesta, quásimus, omnípotens De-  
us: ut, de percéptis munéribus grá-  
tias exhibéntes, intercedénte beáto An-  
nóne Confessóre tuo atque Pontifice,  
benefícia potiòra sumámus. Per Dómi-  
num nostrum.

Pro S. Petro Chrysologo

Postcommunio

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus Petrus Chrysólogus Póntifex tuus et Doctor egrégius, quásumus, precátor accédat. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio Feriæ.

Pro S. Barbara

Postcommunio

Auxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: et, intercedénte beáta Bárbara Vírgine et Mártyre tua, sempitérna fáciant protectiōne gaudére. Per Dóminum nostrum.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Petro Chrysologo Ep., Conf. et Eccl. Doct., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Annonis, Feriæ ac S. Barbaræ.

Die 17 Decembris

S. STURMII ABBATIS

Duplex

Missa Os justi, de Communi Abbatum, præter Orationes sequentes:

Oratio

P

D eus, qui ad portándum géntibus sémina salútis beátum Stúrmium suscitásti: concéde; ut, quæ per eum tuo dono suscépimus, ad fructum vitæ aeternæ accréscant. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Secreta

P

H æc hóstia, Dómine, quam in beáti Stúrmii Abbátis festivitatē tibi offérimus: ejus nobis fiat supplicatiōne salutáris; cujus prædicatiōne agnóvimus Salvatórem Dóminum nostrum Iesum Christum: Qui tecum vivit.

Et fit Commemoratio Feriæ.

Postcommunio

Postcommunio

P

P ópulum tuum, Dómine, quem per beátum Stúrmium Abbátem ad salútis inítium vocáre voluísti: ad sempitérna gáudia atque perpétuum ejus consórтиum pervenire concéde. Per Dñm. Et fit Commemoratio Feriæ.

Die 27 Januarii

Pro Commemoratione

S. JULIANI EPISCOPI ET CONF.

Oratio

P

D eus, qui Ecclésiae tuæ beátum Juliánnum mirábilem tribuísti doctórem: concéde propítius; ut hunc apud te piúm mereámur semper habére intercessórem. Per Dóminum nostrum.

Secreta

C

S ancti tui, quásumus, Dómine, nos ubique lătificent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

C

P ræsta, quásumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grárias exhibéntes, intercedénte beáto Ansgári Confessóre tuo atque Pontífice, benefícia potiéra sumámus. Per Dóminum nostrum.

¶ Sicubi Missa de S. Juliano dicenda sit integra, sumatur Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationem ut supra.

Die 3 Februarii

Pro Commemoratione

S. ANSGARII EP. ET CONF.

Oratio

P

D eus, qui beátum Ansgárium Pontíficem ad prædicándum géntibus gloriām tuam mítttere dignátus es: da

alibus, fit Commemoratio S. Valentini Presbyteri et Martyris:

Oratio

P ræsta, quásumus, omnípotens Deus: ut, qui beáti Valentíni Mártyris tui natalícia cólimus, a cunctis malis imménitibus, ejus intercessióne, liberémur. Per Dóminum nostrum.

Secreta

C

S ancti tui, quásumus, Dómine, nos

ubique lătificent: ut, dum eórum

mérita recólimus, patrocínia sentiámus.

Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

C

P ræsta, quásumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grárias exhibéntes, intercedénte beáto Ansgári Confessóre tuo atque Pontífice, beñefícia potiéra sumámus. Per Dóminum.

¶ Sicubi Missa de S. Ansgario dicenda sit integra, sumatur Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationem ut supra.

Die 14 Februarii

S. BRUNONIS DE QUERFURT  
EPISCOPI ET MARTYRIS

Duplex

Missa Státuit, de Communi unius Mart. 1 loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

P

O rigo et consummatio totíus bonitatis, Deus, qui beáti Brunónis Pontificis et Mártyris tui nobilitátem in meliorem mutásti dignitatē et eum tam fôrtiter in amóre tuo inflammásti, ut non solum per te terréna, verum étiam car-nem contémneret: concéde; ut, cuius in terra sacri sanguinis effusiónem cele-brámus, in célo collocári ejus patrocínio sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Et, post Commemorationem Feriæ in Quadragesima, in Missis non conventu-

Secreta

C

H óstias tibi, Dómine, beáti Brunónis Mártyris tui atque Pontificis dicá-tas méritis, benígnus assúme: et ad per-pétuum nobis tríbue provenire subsídium. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Quadragesimæ, ut supra, deinde

Pro S. Valentino

Secreta

C

S úscipe, quásumus, Dómine, múnera dignánter obláta: et, beáti Valentíni Mártyris tui suffragántibus méritis, ad nostræ salútis auxílium provenire con-céde. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

C

R efécti participatione múnera sacri, quásumus, Dómine, Deus noster: ut, cuius exséquimur cultum, intercedénte beáto Brunóni Mártyre tuo atque Pontífice, sentiámus efféctum. Per Dó-minum nostrum.

Et fit Commemoratio Quadragesimæ, ut supra, deinde

Pro S. Valentino

Postcommunio

C

S it nobis, Dómine, reparatio mentis et cörperis cæléste mystérium: ut, cuius ex-séquimur actiōnem, intercedénte beáto Valentíno Mártyre tuo, sentiámus effec-tum. Per Dóminum nostrum.

In Quadragesima legitur in fine Evangelium Feriae in Missis non conventionalibus.

**I**n Quadragesima Missae privatae dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Feria, cum Commemoratione S. Brunonis ac S. Valentini.

Die 3 Martii  
S. CUNIGUNDIS  
IMPERATRICIS, VIDUÆ

Duplex

Introitus Ps. 118, 75 et 120

**C**OOGNOVI, Dómine, quia aequitas iudicia tua, et in veritate tua humiliasti me: configere timore tuo carnes meas, a mandatis tuis tñmui. Ps. ibid., 1 Beati immaculati in via: qui ambulant in lege Dómini. V. Glória Patri.

Oratio

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui a gloria tua nullum excipis sexum nullamque condicionem exclidis: te supplíciter exorámus, ut, sicut beatæ Cunigundi post terréni culmen impérii cœlestis regni sólium contulisti; ita, méritis ejus et præcibus, nobis quoque famulis tuis aeternæ felicitatis præmia largiáris. Per Dóminum nostrum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriae in Missis non conventionalibus.

Léctio libri Sapiéntiae  
Eccli. 26, 16-24

**G**rátia mulieris sédulæ delectabit vi-  
rum suum et ossa illius impinguabit. Disciplína illius datum Dei est. Mú-  
lier sensata et tñcita, non est immutatio  
eruditæ ánimæ. Grátia super grátiam  
múlier sancta et pudoráta. Omnis autem  
ponderatio non est digna continéntis

ánimæ. Sicut sol óriens mundo in al-  
tíssimis Dei, sic mulieris bona sp̄cies  
in ornaméntum domus ejus: Lucérna  
splendens super candelábrum sanctum,  
et sp̄cies faciéi super aetátēm stábilem.  
Colúmnæ áureæ super bases argénta-  
as, et pedes firmi super plantas stábilis  
mulieris. Fundaménta aeterna supra pe-  
tram sólidam, et mandata Dei in corde  
mulieris sanctæ.

Graduale Ps. 44, 3

Diffusa est grátia in lábiis tuis: proptér-  
ea benedíxit te Deus in aeternum. V.  
Ibid., 5 Propter veritatem, et mansuetu-  
dinem, et justitiam: et deducet te mira-  
bíliter déxtera tua.

Tractus

Veni, Sponsa Christi, accipe corónam,  
quam tibi Dóminus præparávit in aetér-  
num. V. Ps. 44, 8 Dilexísti justitiam, et  
odísti iniquitatem: propterea unxit te  
Deus, Deus tuus, óleo lœtitiæ præ con-  
sórtibus tuis. V. Ibid., 5 Spécie tua et  
pulchritudine tua intende, pròspere pro-  
céde, et regna.

**+** Sequéntia sancti Evangélii  
secundum Matthæum

Matth. 13, 44-52

**I**n illo tempore: Dixit Jesus discípulis  
I suis parabolam hanc: Símile est reg-  
num cœlorum thesáuro abscondito in  
agro: quem qui invénit homo, abscondit,  
et præ gáudio illius vadit, et vendit uni-  
vérsa, quæ habet, et emit agrum illum.  
Iterum símile est regnum cœlorum hó-  
mini negotiatóri, quærénti bonas mar-  
garítas. Invénta autem una pretiosa  
margarita, abiiit, et vénidit ómnia, quæ  
hábuit, et emit eam. Iterum símile est  
regnum cœlorum sagénæ missæ in ma-  
re, et ex omni génere píscium congre-  
re.

gánti. Quam, cum impléta esset, edu-  
céntes, et secus litus sedéntes, elegérunt  
bonos in vasa, malos autem foras misé-  
runt. Sic erit in consummatiōne sǽculi:  
exibunt Angeli, et separábunt malos de  
médio justórum, et mittent eos in camí-  
num ignis: ibi erit fletus, et stridor dén-  
tiū. Intellexistis hæc ómnia? Dicunt ei:  
Etiam. Ait illis: Ideo omnis scriba doc-  
tus in regno cœlorum símilis est hómi-  
ni patrifamiliæ, qui profert de thesáuro  
suo nova et vétera.

Offertorium Ps. 44, 3

Diffusa est grátia in lábiis tuis: proptér-  
ea benedíxit te Deus in aeternum, et in  
sǽculum sǽculi.

Secreta

**A**ccepta tibi sit, Dómine, sacratæ ple-  
bis oblátio pro tuorum honóre  
Sanctórum: quorum se méritis de tribu-  
latiōne percepísse cognóscit auxílium.  
Per Dóminum nostrum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio  
Feriae, ut supra.

Communio Ps. 44, 8

Dilexísti justitiam, et odísti iniquitatem:  
propterea unxit te Deus, Deus tuus, óleo  
lœtitiæ præ consórtibus tuis.

Postcommunio

**S**atiásti, Dómine, familiam tuam mu-  
néribus sacris: ejus, quæsumus, sem-  
per interventiōne nos réfove, cuius so-  
lémnia celebrámus. Per Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio  
Feriae, ut supra, ac legitur ejus Evangelium  
in fine.

**I**n Quadragesima Missæ privatae  
dici possunt, juxta Rubricas, etiam de  
Feria, cum Commemoratione S. Cuni-  
gundis.

Missa Cognóvi, de Communi non Virgi-  
num 2 loco.

Et, in Missis non conventionalibus, fit  
Commemoratio Feriae, ac legitur ejus  
Evangelium in fine.

**I** Missæ privatae dici possunt, juxta Ru-  
bricas, etiam de Feria, cum Commemo-  
ratione S. Mathildis.

Die 15 Martii  
S. CLEMENTIS M. HOFBAUER  
CONFESSORIS

Duplex

Missa Justus ut palma, de Communi  
Conf. non Pont. 2 loco, præter Oratio-  
nes sequentes:

Oratio P

**D**eus, qui beátum Cleméntem Marí-  
am miro fidei róbore et invictæ  
constántiae virtute décorasti: ejus méritis  
et exémplis fac nos, quæsumus, ita  
fortes in fide et caritaté fervéntes; ut  
præmia consequámur aeterna. Per Dó-  
minum nostrum Iesum Christum, Fíli-  
um tuum: Qui tecum.

Et fit Commemoratio Feriae.

Secreta P

**I**lle nos, quæsumus, Dómine, devoti-  
ónis ignis accéndat: quo beátus Cle-  
mens María, dum salutárem offérret hó-  
stiam, júgiter flagrávit. Per Dóminum  
nostrum.

Et fit Commemoratio Feriae.

\*\* Prop. Paderbornen.

## Postcommunio

**C**aelesti pane refectis concéde nobis, Omnipotens Deus; ut beati Cleméntis exémplo in fortitúdine cibi illíus usque ad montem, qui Christus est, feliciter perveniámus: Qui tecum vivit et regnat.

Et fit Commemoratio Feriæ, ac legitur ejus Evangelium in fine.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de Feria, cum Commemoratione S. Clementis Mariæ Hofbauer.

Die 26 Martii  
S. LUDGERI EP. ET CONF.

Duplex

Introitus Eccli. 45, 30

**S**TATUIT ei Dóminus testaméntum pacis, et príncipem fecit eum: ut sit illi sacerdótii dígnitas in ætérrnum. Ps. 131, 1 Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetúdinis ejus.  
V. Glória Patri.

## Oratio

**D**eus, qui beátum Ludgérum Confessorem tuum atque Pontíficem hodiérana die suscepisti atque remunerásti: concéde propítius; ut, qui ejus gaudemus méritis, provocémur exémplis, et ejus intercessióne véniam et vitam meréamur ætérrnam. Per Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ.

## Léctio libri Sapiéntiæ

Eccli. 44, 16-27 et 45, 3-20

**E**cce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracúndiæ factus est reconciliatio. Non est invéntus símilis

P

illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurando fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictióne ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiōibus suis: conservávit illi misericordiam suam: et invénit grátiam coram oculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum: et dedit illi corónam glóriæ. Státuit illi testaméntum ætérrnum, et dedit illi sacerdótium magnum: et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdótio, et habére laudem in nómine ipsíus, et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitatis.

## Graduale Eccli. 44, 16

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo. V. Ibid., 20 Non est invéntus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.

## Tractus Ps. 111, 1-3

Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandatis ejus cupit nimis. V. Potens in terra erit semen ejus: generatio rectórum bennedicétur. V. Glória et divitiæ in domo ejus: et justitia ejus manet in sáeculum sáeculi.

**+** Sequéntia sancti Evangélii secúndum Mattháeum

Matth. 5, 13-19

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhil valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucernam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera ve-

## Die 21 Aprilis

S. CONRADI A PARZHAM CONF.

Duplex

Missæ Os justi, de Communi Confessoris non Pont. 1 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio

P

**D**eus, qui misericordiæ tuæ jánuam fidélibus patére voluísti: te súplices exorámus; ut, intercedénte beáto Conrádo Confessore tuo, temporália subsídia nobis tríbuas et ætérrna. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct.:

Oratio

Deus, qui pópulo tuo ætérrnæ salútis beatum Ansélmum místrum tribuísti: præsta, quæsumus; ut, quem Doctórem vitæ habuímus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Credo, ratione Commemorationis S. Doctoris.

Secreta

P

**O**blatiónes nostras tibi, Dómine, quæsumus, beáti Conrádi intercessio veneránda comméndet: quem coram tuis altáribus precántem supernorum charísmatum dulcéline recreásti. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Anselmo

Secreta

Sancti Ansélmi Pontíficis tui atque Doctoris nobis, Dómine, pia non desit oratio: quæ et múnera nostra concíliet; et tuam nobis indulgentiam semper obtíneat. Per Dóminum nostrum.

## Postcommunio

**S**úmpsimus, Dómine, tua sancta, beáti Conrádi mérita recoléntes: præsta, quásumus; ut ejus semper et præcláro proficiámus exémplo et fidéli muniámur auxílio. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Anselmo  
Postcommunio

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus Ansélmus Póntifex tuus et Doctor egrégius, quásumus, precátor accédat. Per Dóminum nostrum.

Die 27 Aprilis  
**S. PETRI CANISII  
CONFESSORIS ET ECCLESIAE  
DOCTORIS**

Duplex II classis

Introitus Eccli. 15, 5

**I**n médio Ecclésiae apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapiéntiae et intelléctus: stolam glóriæ induit eum, allelúa, allelúa. Ps. 91, 2 Bonum est confitéri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime. V. Glória Patri.

## Oratio

**D**eus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum Confessórem tuum virtúte et doctrína roborásti: concéde propítius; ut ejus exémplis et móntis errántes ad salútem resipíscant, et fidéles in veritáte confessióne persevérent. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ  
beáti Pauli Apóstoli ad Timótheum

2 Tim. 4, 1-8

**C**aríssime: Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsíus et regnum ejus: prædica verbum, insta-

opportúne, importúne: árgue, óbsecra, íncrepa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritáte quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelistæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delíbor, et tempus resolutiónis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.

Allelúa, allelúa. V. Ps. 118, 46 Loquébar de testimóniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar. Allelúa. V. 1 Cor. 9, 22 Omnia ómnibus factus sum, ut omnes fácerem salvos. Allelúa.

In Missis votivis per annum dicitur

Graduale Ps. 118, 129 et 130  
Mirabília testimónia tua, Dómine, ídeo scrutáta est ea ánima mea. V. Declaráto sermónum tuórum illúminat et intelléctum dat párvulis.

Allelúa, allelúa. V. Ps. 108, 30 Confitébor Dómino nimis in ore meo: et in médio multórum laudábo eum. Allelúa.

Post Septuagesimam, omissis Allelúa et Versu sequenti, dicitur

Tractus Ps. 118, 104, 105 et 158  
A mandátis tuis intelléxi, propterea odívi omnem viam iniquitatis. V. Lucérna pédibus meis verbum tuum, et lumen sémitis meis. V. Vidi prævaricántes et tabescébam, quia elóquia tua non custodiérunt.

## Postcommunio

**+** Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthéum

Matth. 5, 13-19

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucernam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut videant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolite putare, quóniam veni sólvore legem, aut prophétas: non veni sólvore, sed adimplére. Amen, quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, iota unum aut unus apex non praeteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælorum: qui autem fécerit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælorum.

Credo.

Offertorium Ps. 33, 12

Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo vos, allelúa.

## Secreta

**S**anctifica, misericors Deus, hæc múnera tibi oblata, et Ecclésiae tuæ, beáto Petro intercedénte, unitatis et pacis propítius dona concéde. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus.

Communio Is. 12, 3

Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris, allelúa.

Die 30 Maji

**IN TRANSLATIONE S. LIBORII  
EPISCOPI ET CONFESSORIS**

Duplex majus

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

P

**D**eus, qui pópulo tuo ætérnæ salútis beátum Libórium minístrum tribuísti: præsta, quásumus; ut, quem doctórem vitæ habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Felicis I Papæ et Mart.:

Oratio

Gregem tuum, Pastor ætérne, placátus intende: et per beátum Felícem Mártyrem tuum atque Summum Pontificem perpétua protectione custódi, quem totius Ecclésiae præstitísti esse pastórem. Per Dóminum nostrum.

Secreta

C

**S**ancti tui, quásumus, Dómine, nos ubique lætíficent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spíritus Sancti Deus: per ómnia sǽculórum.

Pro S. Felice

Secreta

Oblatis munéribus, quásumus, Dómine, Ecclésiam tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui profíciat ubíque succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum.

Præfatio de Apostolis.

Postcommunio

C

**P**ræsta, quásumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto Libório Confessóre tuo atque Pontífice, benefícia potióra sumámus. Per Dóminum.

Pro S. Felice

Postcommunio

Refectíone sancta enutrítam gubérna, quásumus, Dómine, tuam placátus Ecclésiam: ut, poténti moderatióne dirécta, et increménata libertátis accípiat et in religiónis integritaté persístat. Per Dóminum nostrum.

Die 5 Junii

S. BONIFATII EP. ET MART.

Duplex II classis

Missa Exsultábo, ut in Missali hac die. Et, in Missis privatis lectis tantum, fit Commemoratio Ss. Eobani, Adelarii et Soc. Mm.:

Oratio

**B**eatórum Mártirum paritérque Pon-tíficum Eóbani et Adelárii nos, quásumus, Dómine, festa tueántur: et eórum comméndet orátió veneránda. Per Dóminum nostrum.

Secreta

**A**désto, Dómine, supplicatióibus nostris, quas in Sanctórum tuórum commemoratióne deférimus: ut, qui no-

stræ justitiæ fidúciam non habémus, eórum, qui tibi placuérunt, méritis adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

**Q**uásumus, Dómine, salutáribus re-pléti mystériis: ut, quorum solémnia celebrámus, eórum oratióibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

Die 12 Junii

Pro Commemoratione

S. LEONIS III

PAPÆ ET CONFESSORIS

Oratio

C

**G**regem tuum, pastor ætére, placá-tus inténde: et, per beátum Leónem Summum Pontíficem perpétua protectiόne custódi; quem totius Ecclésiæ præstítisti esse pastórem. Per Dóminum nostrum.

Secreta

C

**O**blatis munéribus, quásumus, Dó-mine, Ecclésiam tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui profíciat ubíque succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum.

Præfatio de Apostolis.

Postcommunio

C

**R**efectíone sancta enutrítam gubérna, quásumus, Dómine, tuam placátus Ecclésiam: ut, poténti moderatióne dirécta, et increménata libertátis accípiat et in religiónis integritaté persístat. Per Dóminum nostrum.

**¶** Sicubi Missa de S. Leone III dicenda sit integra, sumatur Missa Si díligis me, de Communi Summorum Pontificum.

Die 4 Julii

S. UDALRICI EP. ET CONF.

Patroni minus princ. Archidiócesis

Duplex majus

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationem se-quentem:

Oratio

P

**D**eus, qui nos ánnua beáti Udalríci Confessóris tui atque Pontíficis solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, ejus suffragántibus méritis, ab immi-néntibus perículis liberémur et ætérnis gáudiis perfruámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Octavæ Ss. Petri et Pauli App.:

Oratio

Deus, qui hodiérnam diem Apostolórum tuórum Petri et Pauli martýrio conse-crásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præcédunt; per quos religiόnis sumpsit exórdium. Per Dóminum.

Secreta

C

**S**ancti tui, quásumus, Dómine, nos ubíque lætífacent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Pro Octava Ss. Apostolorum

Secreta

Hóstias, Dómine, quas nómini tuo sa-crándas offérimus, apostólica prosequá-tur orátió: per quam nos expiári tríbuas et deféndi. Per Dóminum nostrum.

Præfatio de Apostolis.

Postcommunio

C

**P**ræsta, quásumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto Udalríco Confessóre tuo atque Pontífice, benefícia potióra sumámus. Per Dóminum.

Pro Octava Ss. Apostolorum  
Postcommunio

Quos cælesti, Dómine, aliménto satiásti: apostólicis intercessiōibus ab omni ad-versitaté custódi. Per Dóminum.

Die 8 Julii

S. KILIANI PATRONI MINUS PRINC.  
ARCHIDIÓCESIS  
ET SOCIORUM MARTYRUM

Duplex majus

Missa Intret, de Communi plurimorum Martyrum 1 loco, præter Orationem se-quentem:

Oratio

P

**D**eus, qui sanctórum Mártirum tuórum Kiliáni Sociorúmque ejus méntibus constántiam in passiόne aspi-rásti: concéde propítius; ut, sicut illi, devícto persecutóre, a te coronári me-ruérunt ita nos, eórum interventiόne, tua semper protectiόne defénsi, ad ætérnæ beatitúdinis gáudia pervenire mereá-mur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Elisabeth Re-ginæ, Vid.:

Oratio

Clementíssime Deus, qui beátam Elísabeth reginam, inter céteras egrégias do-tes, béllici furóris sedándi prærogatíva decorásti: da nobis, ejus intercessiōne; post mortális vitæ, quam supplíciter pétimus, pacem, ad ætérna gáudia per-venire. Per Dóminum nostrum.

Secreta

C 2

**M**únera tibi, Dómine, nostræ devo-tiōnis offérimus: quæ et pro tuórum tibi grata sint honore Justórum, et nobis salutária, te miseránte, reddán-tur. Per Dóminum nostrum.

## Pro S. Elisabeth

## Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepíssse cognoscit auxílium. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio C 2

**P**ræsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Kiliáno et Sóciis ejus, ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

## Pro S. Elisabeth

## Postcommunio

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione nos réflove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

¶ Missæ privatae dici possunt, juxta Rúbricas, etiam de S. Elisabeth Regina, Vid., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Kiliani et Sociorum.

## Die 15 Julii

## S. HENRICI IMPERATORIS, CONF.

Duplex majus

Missa ut in Missali hac die.

## Die 22 Julii

**IN ANNIVERSARIO  
DEDICAT. ECCL. METROPOLITANÆ**  
Duplex I classis cum Octava communi  
Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

Et, in Missis privatis lectis tantum, fit Commemoratio S. Mariæ Magdalenaæ Pænitentis, ut in Missali hac die, ac legitur ejus Evangelium in fine, juxta Rúbricas.

## Pro S. Elisabeth

## Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plebis oblatio pro tuorum honore Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepíssse cognoscit auxílium. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio C 2

**P**ræsta nobis, quæsumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Kiliáno et Sóciis ejus, ut, quod ore contíngimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum.

## Pro S. Elisabeth

## Postcommunio

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventione nos réflove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum.

¶ Missæ privatae dici possunt, juxta Rúbricas, etiam de S. Elisabeth Regina, Vid., ut in Missali hac die, cum Commemoratione S. Kiliani et Sociorum.

## Die 15 Julii

## S. HENRICI IMPERATORIS, CONF.

Duplex majus

Missa ut in Missali hac die.

## Die 22 Julii

**IN ANNIVERSARIO  
DEDICAT. ECCL. METROPOLITANÆ**  
Duplex I classis cum Octava communi  
Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

Et, in Missis privatis lectis tantum, fit Commemoratio S. Mariæ Magdalenaæ Pænitentis, ut in Missali hac die, ac legitur ejus Evangelium in fine, juxta Rúbricas.

## Die 23 Julii

## S. LIBORII EP. ET CONF.

Titularis Ecclesiæ Metropolitanæ  
et Patroni princ. Archidioecesis

Duplex I classis cum Octava communi

Introitus Ps. 88, 20-22

**E**XALTAVI eléctum de plebe mea,  
óleo sancto meo unxi eum; manus  
enim mea auxiliabitur ei, et brá-  
chium meum confortabit eum. (T. P. Al-  
lelúa, allelúa.) Ps. ibid., 2 Misericór-  
dias Dómini in aétérnum cantábo.  
¶ Glória Patri.

## Oratio

**O**mniptens sempiterne Deus, qui Ecclésiam tuam in confessióne sancti nōminis tui solidásti: præsta, quæsumus; ut, quæ sancti Libórii Confessóris tui atque Pontificis ánnua récolit solémnia, ejus apud te suffrágii ab omni mereátur adversité liberári. Per Dóminum nostrum.

Et, in Missis privatis lectis tantum, fit Commemoratio S. Apollinaris Ep. et Conf.:

## Oratio

Deus, fidélium remunerátor animárum,  
qui hunc diem beáti Apollináris Sacer-  
dótis tui martýrio consecrásti: tríbue no-  
bis, quæsumus, fámulis tuis; ut, cujus  
venerándam celebrámus festivitatēm,  
précibus ejus indulgentiam consequá-  
mur. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ  
beáti Pauli Apóstoli  
ad Timótheum

1 Tim. 3, 1-7

**C**aríssime, fidélis sermo: Si quis epi-  
scopátum desíderat, bonum opus  
desíderat. Opórtet ergo episcopum irre-

prehensibilem esse, unius uxoris virum,  
sóbrium, prudéntem, ornátum, pudícum,  
hospitálem, doctórem, non vinoléntum,  
non percussórem, sed modéstum, non  
litigiosum, non cùpidum, sed suæ dómui  
bene præpósitum, fílios habéntem sú-  
ditos cum omni castítate. Si quis autem  
dómui suæ præéssesse nescit, quómodo  
Ecclésiae Dei diligéntiam habébit? Non  
neóphytum; ne, in supérbiā elátus, in  
judíciū incidat diáboli. Opórtet autem  
illum et testimónium habére bonum ab  
iis, qui foris sunt, ut non in opprórium  
incidat et in láqueum diáboli.

Graduale Eccl. 49, 12

Ossa Prophetárum púllulent de loco suo,  
nam corroboravérunt Jacob, et redemé-  
runt se in fide virtútis. ¶ Ibid., 18 Ossa  
ipsius visitáta sunt, et post mortem pro-  
phetavérunt.

Allelúa, allelúa. ¶ Matth. 11, 5 Cæci  
vident, claudi ámbulant, leprósi mun-  
dántur, surdi áudiunt. Allelúa.

In Missis votivis post Septuagesimam,  
omissis Allelúa et Versu sequenti, dicitur

Tractus Ps. 77, 68-72

Elégit Dóminus montem Sion, quem di-  
léxit: et aedificávit sanctificium suum in  
terra, quam fundávit in sécula. ¶ Et  
elégit servum suum: páscere Israel he-  
reditátem suam. ¶ Et pavit eos in in-  
nocéntia cordis sui, et in intelléctibus  
mánuum suárum dedúxit eos.

Tempore Paschali omittitur Graduale,  
et ejus loco dicitur:

Allelúa, allelúa. ¶ Eccl. 48, 4 Ampli-  
ficátus est in mirabílibus suis: et quis  
potest simíliter sic gloriári? Allelúa. ¶  
Matth. 11, 5 Cæci vident, claudi ámbu-  
lant, leprósi mundántur, surdi áudiunt.  
Allelúa.

**+** Sequéntia sancti Evangélii  
secúndum Mattháeum  
Matth. 25, 14-23

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis  
I suis parábolam hanc: Homo pégre  
proficíscens, vocávit servos suos, et trá-  
didit illis bona sua. Et uni dedit quin-  
que talénta, álli autem duo, álli vero  
unum, unicuique secúndum propria  
virtútem, et profectus est statim. Abiit  
autem qui quinque talénta accéperat, et  
operátus est in eis, et lucrátus est ália  
quinque. Simíliter et qui duo accéperat,  
lucrátus est ália duo. Qui autem unum  
accéperat, ábiens fodit in terram, et abs-  
cóndit pecúniam dómini sui. Post mul-  
tum vero témporis venit dóminus servó-  
rum illórum, et pósuit ratiónem cum eis.  
Et accédens qui quinque talénta accé-  
perat, óbtulit ália quinque talénta, dic-  
ens: Dómine, quinque talénta tradidísti  
mihi, ecce, ália quinque superlucrátus  
sum. Ait illi dóminus ejus: Euge, serve  
bone et fidélis, quia super pauca fuísti  
fidélis, super multa te constituam: intra  
in gáudium dómini tui. Accéssit autem  
et qui duo talénta accéperat, et ait: Dó-  
mine, duo talénta tradidísti mihi, ecce,  
ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus  
ejus: Euge, serve bone et fidélis, quia  
super pauca fuísti fidélis, super multa te  
constituam: intra in gáudium dómini tui.  
Credo, et dicitur per totam Octavam.

Offertorium Eccl. 50, 15-17

Consummatiōne fungens in ara, effúdit  
in fundaménto altáris odórem divínū  
excélsō Príncipi. (T. P. Allelúa.)

## Secreta

**P**ópolo tuo, Dómine, munéribus sa-  
cris placátus inténde; et, quæ sancti  
Libórii Confessóris tui atque Pontificis  
commemoratiōne sunt oblata, ad cæl-  
stia nos súblevent sacraménta. Per Dñm.

Pro S. Apollinare  
Secreta

Réspice, Dómine, propítius super hæc múnera: quæ pro beáti Sacerdótis et Mártyris tui Apollináris commémoratiōne deférimus, et pro nostris offensiōnibus immolámus. Per Dóminum.

Communio Dan. 3, 84

Benedícite, sacerdótes Dómini, Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sǽcula. (T. P. Allelúja.)

Postcommunio

**P**ræsta, quæsumus, ineffábili cleméntia tua, omnípotens Deus: ut, beáti Libórii Confessóris tui atque Pontíficis tui præsídio; cum eo in Sanctórum tuórum gaudeámus consórtio. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Apollinare  
Postcommunio

Tua sancta suméntes, quæsumus, Dómine, ut beáti Apollináris nos fóveant continuáta præsídia: quia non désinis propítius intuéri, quos tálibus auxíliis concésseris adjuvári. Per Dóminum.

Die 29 Julii

IN OCTAVA DEDICATIONIS ECCL.  
METROPOLITANÆ

Duplex majus

Missa Terríbilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

Et fit Commemoratio S. Marthæ Virginis:

Oratio

Exáudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beátæ Marthæ Vírginis tuæ festivitaté gaudémus; ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Oct. S. Liborii:  
Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui Ecclésiam tuam in confessióne sancti nóminalis tui solidásti: præsta, quæsumus; ut, quæ sancti Libórii Confessóris tui atque Pontíficis ánnua récolit solémnia, ejus apud te suffrágis ab omni mereátur adversitaté liberári. (Per Dóminum.)

Postea Ss. Felicis II Papæ, Simplicii, Faustini et Beatricis Martyrum:

Oratio

Præsta, quæsumus, Dómine: ut, sicut póplus christiánus Mártyrum tuórum Felícis, Simplicii, Faustíni et Beatrícis temporáli solemnitaté congáudet, ita perfruátur aétérna; et, quod votis célebrat, comprehéndat efféctu. Per Dñm.

Pro S. Martha  
Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacrátæ plebis oblátio pro tuórum honore Sanctórum: quorum se méritis de tribulatiōne percepísse cognóscit auxílium. (Per Dóminum nostrum.)

Pro S. Liborio  
Secreta

Pópulo tuo, Dómine, munéribus sacris placátus inténde; et quæ sancti Libórii Confessóris tui atque Pontíficis commémoratiōne sunt oblata, ad cælestia nos súblevent sacraménta. (Per Dóminum.)

Pro Ss. Felice, Simplicio, Faustino et Beatrice  
Secreta

Hóstias tibi, Dómine, pro sanctórum Mártyrum tuórum Felícis, Simplicii, Faustíni et Beatrícis commémoratiōne deférimus: supplíciter deprecántes; ut indulgéntiam nobis páriter cónferant et salútem. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Martha  
Postcommunio

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventiōne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. (Per Dóminum nostrum.)

Pro S. Liborio  
Postcommunio

Præsta, quæsumus, ineffábili cleméntia tua, omnípotens Deus: ut beáti Libórii Confessóris tui atque Pontíficis tui præsídio; cum eo in Sanctórum tuórum gau-deámus consórtio. (Per Dóminum.)

Pro Ss. Felice, Simplicio, Faustino et Beatrice  
Postcommunio

Præsta, quæsumus, omnípotens Deus: ut sanctórum Mártyrum tuórum Felícis, Simplicii, Faustíni et Beatrícis cælestibus mystériis celebráta solémnitas, indulgéntiam nobis tue propitiatiōnis acquírat. Per Dóminum nostrum.

In fine legitur sequens Evangelium S. Marthæ:

**+** Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam  
Luc. 10, 38-42

**I**n illo témpore: Intrávit Jesus in quodam castéllum: et múlier quædam, Martha nómine, excépit illum in domum suam: et huic erat soror nómine María, quæ étiam sedens secus pedes Dómini, audiébat verbum illius. Martha autem satagébat circa frequens ministérium: quæ stetit et ait: Dómine, non est tibi curæ, quod soror mea relíquit me solam ministrare? dic ergo illi, ut me adjuvet. Et respóndens, dixit illi Dóminus: Martha, Martha, sollícita es et turbáris erga plúrima: porro unum est necessárium. María óptimam partem élégit, quæ non auferétur ab ea.

¶ Missæ privatæ dici possunt, juxta Rubricas, etiam de S. Martha Virgine, ut in Missali hac die, cum Commemoratione diei Octavæ Dédicationis Ecclesiæ Metropolitanæ, Octavæ S. Liborii ac Ss. Felicis et Sociorum.

Die 30 Julii

IN OCTAVA S. LIBORII EP. ET CONF.

Duplex majus

Missa ut in Festo.

Et fit Com. Ss. Abdon et Sennen Mm.:

Oratio

Deus, qui Sanctis tuis Abdon et Sennen ad hanc glóriam veniéndi copiósū munus grátiae contulísti: da fámulis tuis suórum véniam peccatórum; ut, Sanctórum tuórum intercedéntibus méritis, ab ómnibus mereántur adversitatibus liberári. Per Dóminum nostrum.

Secreta

Hæc hóstia, quæsumus, Dómine, quam sanctórum Mártyrum tuórum natalitia recenséntes offérimus: et víncula nostræ pravitatis absólvat, et tuæ nobis misericordiæ dona concílet. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

Per hujus, Dómine, operatiōnem mystérii, et vítia nostra purgéntur: et, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Abdon et Sennen, justa desidéria compleántur. Per Dóminum nostrum.

Die 4 Septembris

\*B. IDÆ VIDUÆ

Simplex

Missa Cognóvi, de Communi non Virginum 2 loco.

Epistola Caríssime: Víduas honóra, ut in calce ejusdem Communis.

Die 17 Septemboris  
S. HILDEGARDIS VIRGINIS  
Duplex

Introitus Ps. 72, 28

**M**IHI autem adhærere Deo bonum est, pónere in Dómino spem meam: ut annúntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion. Ps. 40, 13 Me autem propter innocéntiam suscepisti: et confirmasti me in conspéctu tuo in ætérnum.  
V. Glória Patri.

Oratio

**D**eus, qui beátam Hildegárdem Vírginem tuam donis cælestibus decorásti: trübue, quæsumus; ut, ejus vestigiis et documéntis insisténtes, a præsentis sǽculi calígine ad lucem tuam delectabilem transire mereámur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.:

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui, frigescénte mundo, ad inflammándum corda nostra tui amóris igne, in carne beatíssimi Francísci passiónis tuæ sacra Stigmata renovásti: concéde propítius; ut ejus méritis et præcibus crucem júgiter ferámus, et dignos fructus poenitentiaæ faciámus: Qui vivis et regnas.

Léctio Epistolæ  
beati Pauli Apóstoli ad Corínthios  
1 Cor. 1, 26-29

**V**idéte vocatiómem vestram, fratres, quia non multi sapiéntes secún-dum carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles: sed quæ stulta sunt mundi éligit Deus, ut confundat sapiéntes: et infírma mundi éligit Deus, ut confundat

fórtia: et ignobília mundi et contempi-bilia élégit Deus, et ea quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrúeret: ut non glo-riétur omnis caro in conspéctu ejus.

Graduale Cant. 3, 4 et 6, 2

Invéni quem díligit ánima mea: ténui-eum, nec dimítam. V. Ego dilécto meo, et diléctus meus mihi, qui pásctitur inter lília.

Allelúja, allelúja. V. Isai. 61, 10 Exsul-tabit ánima mea in Deo meo, quia ín-duit me vestiméntis salútis, quasi spon-sam ornátam monílibus suis. Allelúja.

**+** Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum

Matth. 25, 1-13

**I**n illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábola hanc: Símile erit regnum cælórum decem virgínibus: quæ, accipiéntes lámpades suas, exiérunt ób-viam sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampá-dibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in va-sis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt. Média autem nocte clámor factus est: Ecce, sponsus venit, ex-íte óbviā ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixérunt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpa-des nostræ exstinguúntur. Respondérunt prudéntes, dicéntes: Ne forte non suf-ficiat nobis et vobis, ite pótius ad ven-déntes, et émite vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ parátæ erant, intravérunt cum eo ad núptias, et clausa est jánua. Novíssime vero véni-unt et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómi-ne, Dómine, áperi nobis. At ille respón-

dens, ait: Amen, dico vobis, néscio vos. Vigiláte itaque, quia nescítis diem ne-que horam.

Offertorium Ps. 41, 2 et 3

Quemádmodum desíderat cervus ad fon tes aquárum, ita desíderat ánima mea ad te, Deus. Sitívit ánima mea ad Deum fortè vivum.

Secreta

**S**anctæ Hildegárdis Vírginis tuæ festa recoléntes, preces offérimus et hó-stias immolámus: præsta, quæsumus, Dómine; ut, cum præsídio temporáli, vi-tæ nobis præbeant increménta perpé-tuæ. Per Dóminum nostrum.

Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Fran-cisci

Secreta

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctífica: et, intercedénte beáto Francíscō, ab omni nos culpárum labe purífica. Per Dómi-num nostrum.

Communio Philipp. 1, 20 et 21

Magnificábitur Christus in corpore meo, sive per vitam, sive per mortem: mihi enim vívere Christus est, et mori lucrum.

Postcommunio

**P**erpétuo, Dómine, favore proséquere, quos réficiis divíno mystério: et quos imbuísti cælestibus institútis; eósdem, intercedénte beáta Hildegárdie Vírgine tua, salutáribus comitare solátiis. Per Dóminum nostrum.

Pro Impressione  
Ss. Stigmatum S. Francisci

Postcommunio

Deus, qui mira Crucis mystéria in beáto Francíscō Confessore tuo multifórmiter demonstrásti: da nobis, quæsumus; de-votio-nis suæ semper exémpla sectári, et assídua ejúsdem Crucis meditatio-ne muníri. Per Dóminum nostrum.

Die 3 Octobris  
SS. EWALDORUM MARTYRUM  
Simplex

Introitus Ps. 33, 20-21

**M**ULTÆ tribulatiónes justórum, et de his ómnibus liberávit eos Dó-minus, Dóminus custódit ómnia ossa eórum, unum ex his non conteré-tur. Ps. ibid., 2 Benedícam Dóminum in omni témpore, semper laus ejus in ore meo.

V. Glória Patri.

Oratio

**S**anctórum Mártyrum tuórum Ewal-dórum nos, Dómine, fóveat pretiósā conféssio: et pia júgiter intercéssio tu-eátur. Per Dóminum nostrum.

Léctio libri Sapiéntiæ

Eccli. 44, 10-15

**H**i viri misericórdiæ sunt, quorum pietátes non defuérunt: cum sémi-ne eórum pémanent bona, heréditas sancta nepótes eórum, et in testaméntis stetit semen eórum: et filii eórum prop-ter illos usque in ætérnum manent: se-men eórum et glória eórum non dere-linquéntur. Córpora ipsórum in pace se-púlta sunt, et nomen eórum vivit in generatióne et generatióne. Sapiéntiæ ipsórum narrent pópuli, et laudem eórum núnctiet Ecclésia.

Graduale Ps. 33, 10-11

Timéte Dóminum, omnes Sancti ejus, quóniam nihil deest timéntibus eum. V. Inquiréntes autem Dóminum non de-ficient omni bono.

Allelúja, allelúja. V. Ps. 31, 11 Lætá-mini in Dómino et exsultáte, justi: et gloriámini, omnes recti corde. Allelúja.

**X** Sequentia sancti Evangelii secundum Matthaeum  
Matth. 10, 16-22

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis I suis: Ecce, ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, et simplices sicut columbae. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos: et ad praesides et ad reges ducemini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium: et insurgent filii in parentes, et morte eos afficiunt: et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.

Offertorium Ps. 67, 36

Mirabilis Deus in Sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtutem et fortitudinem plebi suae: benedictus Deus, alleluja.

Secreta

Benedictio tua, Domine, larga descendet, quae et munera nostra, deprecantibus sanctis Martribus tuis, tibi reddat accepta et nobis sacramentum redemptoris efficiat. Per Dominum.

Communio Joann. 15, 16

Ego vos elegi de mundo et posui vos, ut eatis et fructum afferatis, et fructus vester maneat.

Postcommunio

Caelestibus refecti sacramentis et gaudiis: supplices te, Domine, deprecamur; ut, quorum gloriamur triumphis, protegamus auxiliis. Per Dominum.

Deus, qui nos annua sancti Meinolphi Confessoris tui solemnitas laetificas: concorde propitiis; ut, cuius natalicia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Ss. Placidi et Sociorum Martyrum:

Oratio

Deus, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum Placidi et Sociorum ejus natalicia colere: da nobis in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiae

Eccli. 31, 8-11

Beatus vir, qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Graduale Ps. 91, 13 et 14

Justus ut palma florabit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini.

Die 5 Octobris

\*S. MEINOLPHI CONF.  
Duplex

Introitus Ps. 36, 30-31

O S justi meditabitur sapientiam, et lingua ejus loqueretur iudicium: lex Dei ejus in corde ipsius. Ps. ibid., 1 Noli aemulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem. V. Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui nos annua sancti Meinolphi Confessoris tui solemnitas laetificas: concorde propitiis; ut, cuius natalicia colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Ss. Placidi et Sociorum Martyrum:

Oratio

Deus, qui nos concedis sanctorum Martyrum tuorum Placidi et Sociorum ejus natalicia colere: da nobis in aeterna beatitudine de eorum societate gaudere. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiae

Eccli. 31, 8-11

Beatus vir, qui inventus est sine macula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecunia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria aeterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Graduale Ps. 91, 13 et 14

Justus ut palma florabit: sicut cedrus Libani multiplicabitur in domo Domini.

V. Ibid., 3 Ad annuntiadum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

Alleluja, alleluja. V. Jac. 1, 12 Beatus vir, qui suffert tentationem: quoniam, cum probatus fuerit, accipiet coronam vitae. Alleluja.

**X** Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam

Luc. 19, 12-26

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis I suis parabolam hanc: Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, et reverti. Vocatis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, et ait ad illos: Negotimini, dum venio. Cives autem ejus oderant eum: et miserunt legationem post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est, ut rediret accepto regno: et jussit vocari servos, quibus dedit pecuniam, ut sciret quantum quisque negotiatu esset. Venit autem primus, dicens: Domine, mna tua decem mnas acquisivit. Et ait illi: Euge, bone serve, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates. Et alter venit, dicens: Domine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitates. Et alter venit, dicens: Domine, ecce mna tua, quam habui depositam in sudario: timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, etmetis quod non seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudico, serve nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, et metens quod non seminavi: et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens, cum usuis unique exegisssem illam? Et astantibus dixit: Auferte ab illo mnam, et date illi, qui

decem mnas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis: Quia omni habenti dabitur, et abundabit: ab eo autem, qui non habet, et quod habet, auferetur ab eo.

Offertorium Ps. 88, 25

Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exaltabitur cor tu ejus.

Secreta

Laudis tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione Sanctorum: quibus nos et praesentibus exui malis confidimus, et futuris. Per Dominum nostrum.

Pro Ss. Placido et Sociis Martyribus

Secreta

Munera tibi, Domine, nostrae devotionis offerimus: quae et pro tuorum tibi grata sint honore Justorum, et nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum.

Communio Matth. 24, 46-47

Beatus servus, quem, cum venerit dominus, invenerit vigilantem: amen, dico vobis, super omnia bona sua constituet eum.

Postcommunio

Refecti cibo potuque caelesti, Deus noster, te supplices exoramus: ut, in cujus haec commemoratione percipimus, ejus muniatur et precibus. Per Dominum nostrum.

Pro Ss. Placido et Sociis Martyribus

Postcommunio

Praesta nobis, quasumus, Domine: intercedentibus sanctis Martribus tuis Placido et Sociis ejus; ut, quod ore contingimus, pura mente capiamus. Per Dominum nostrum.

## Die 25 Octobris

IN REDUCTIONE RELIQUIARUM  
S. LIBORII EP. ET CONF.

Duplex majus

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationes sequentes.

Et dicitur Credo.

## Oratio

**O**mnipotens, sempiterne Deus, qui Ecclesiæ tuam in confessione sancti nominis tui solidasti: præsta, quæsumus; ut, quæ sancti Liborii Confessoris tui atque Pontificis annua récolit solémnia, ejus apud te suffragiis, ab omni mereatur adversitate liberari. Per Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio Ss. Chrysanthi et Dariæ Martyrum:

## Oratio

Beatorum Martyrum tuorum, Domine, Chrysanthi et Dariæ, quæsumus, adsit nobis oratio: ut, quos veneramus obsquo, eorum pium júgiter experiámur auxílium. Per Dominum nostrum.

## Secreta

**P**ópolo tuo, Domine, munéribus sacris placátus intende, et, quæ sancti Liborii Confessoris tui atque Pontificis commemoratione sunt oblata, ad cælestia nos súblevent sacramenta. Per Dominum nostrum.

Pro Ss. Chrysantho et Daria Mm.

## Secreta

Pópuli tui, quæsumus, Domine, tibi grata sit hóstia, quæ in nataliciis sanctorum Martyrum tuorum Chrysanthi et Dariæ sollémniter immolátur. Per Dominum nostrum.

## Die 25 Octobris

IN REDUCTIONE RELIQUIARUM  
S. LIBORII EP. ET CONF.

Duplex majus

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationes sequentes.

Et dicitur Credo.

## Oratio

**O**mnipotens, sempiterne Deus, qui Ecclesiæ tuam in confessione sancti nominis tui solidasti: præsta, quæsumus; ut, quæ sancti Liborii Confessoris tui atque Pontificis annua récolit solémnia, ejus apud te suffragiis, ab omni mereatur adversitate liberari. Per Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio Ss. Chrysanthi et Dariæ Martyrum:

## Oratio

Beatorum Martyrum tuorum, Domine, Chrysanthi et Dariæ, quæsumus, adsit nobis oratio: ut, quos veneramus obsquo, eorum pium júgiter experiámur auxílium. Per Dominum nostrum.

## Secreta

**P**ópolo tuo, Domine, munéribus sacris placátus intende, et, quæ sancti Liborii Confessoris tui atque Pontificis commemoratione sunt oblata, ad cælestia nos súblevent sacramenta. Per Dominum nostrum.

Pro Ss. Chrysantho et Daria Mm.

## Secreta

Pópuli tui, quæsumus, Domine, tibi grata sit hóstia, quæ in nataliciis sanctorum Martyrum tuorum Chrysanthi et Dariæ sollémniter immolátur. Per Dominum nostrum.

## Postcommunio

**P**rästa, quæsumus, ineffabili cleméntia tua, omnipotens Deus: ut beati Liborii Confessoris tui atque Pontificis tui præsidio; cum eo in Sanctorum tuorum gaudeamus consortio. Per Dominum nostrum.

Pro Ss. Chrysantho et Daria Mm.

## Postcommunio

Mysticis, Domine, replati sumus votis et gaudiis: præsta, quæsumus; ut, intercessiōibus sanctorum Martyrum tuorum Chrysanthi et Dariæ, quæ temporaliiter agimus, spirituāliter consequamur. Per Dominum nostrum.

Die 7 Novembris

S. ENGELBERTI EP. ET MART.

Duplex

Introitus

**G**AUDEAMUS omnes in Domino, diem festum celebrantes sub honore beati Engelberti Martyris: de cuius passione gaudent Angeli, et collaudant Filium Dei. Ps. 32, 1 Exsultate, justi, in Domino: rectos decet collaudatio. V. Glória Patri.

Oratio

**D**eus, pro cuius Ecclesia gloriósus Pontifex Engelbertus gladiis impiorum occubuit: præsta, quæsumus; ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitioñis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum nostrum.

Et fit Commemoratio Octavæ Omnis Sanctorum:

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum mérita sub una tribuisti celebraté venerari: quæ-

sumus; ut desideratam nobis tuæ propitiatiōnis abundantiā, multiplicatis intercessoribus, largiāris. Per Dominum.

Léctio Epistolæ  
beati Pauli Apóstoli  
ad Hebræos

Hebr. 5, 1-6

**F**ratres: Omnis pontifex ex hominibus assūmptus, pro hominibus constituitur in iis, quæ sunt ad Deum: ut offererat dona, et sacrificia pro peccatis: qui condolere possit iis, qui ignorant et errant: quóniam et ipse circundatus est infirmitate: et propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, tamquam Aaron. Sic et Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum et in alio loco dicit: Tu es sacerdos in aeternum, secundum ordinem Melchisedech.

Graduale Eccli. 44, 16

Ecce sacerdos magnus, qui in diebus suis placuit Deo. V. Ibid., 20 Non est inventus similis illi, qui conservaret legem Excelsi.

Alleluja, alleluja. V. Joann. 10, 14 Ego sum pastor bonus: et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ. Alleluja.

**X** Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam

Luc. 14, 26-33

**I**n illo tempore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, adhuc autem et animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non bájulat crucem suam,

et venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim aedificare, non prius sedens computat sumptus, qui necessarii sunt, si habeat ad perficiendum; ne, poste aquam posuerit fundamentum, et non potuerit perficere, omnes, qui vident, incipiunt illudere ei, dicentes: Quia hic homo cœpit aedificare, et non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum adversus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin, adhuc illo longe agente, legationem mittens, roget ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renuntiat omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus.

Credo, ratione Octavæ.

Offertorium Ps. 20, 4-5

Posuisti, Domine, in capite ejus corónam de lápide pretioso: vitam pétuit a te, et tribuisti ei, alleluja.

Secreta

**M**únera tibi, Domine, dicata sanctifica: et, intercedente beato Engelberto Martyre tuo atque Pontifice, per eadem nos placatus intende. Per Dominum nostrum.

Pro Octava Omnis Sanctorum  
Secreta

Múnera tibi, Domine, nostræ devotionis offririmus: quæ et pro cunctorum tibi grata sint honore Justorum, et nobis salutaria, te miserante, reddantur. Per Dominum nostrum.

Communio Joann. 10, 14

Ego sum pastor bonus: et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ.

**H**aec nos communio, Dómine, purget a crímine: et, intercedente beato Engelbérto Mártyre tuo atque Pontífice, cælestis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

Pro Octava Omníum Sanctorum  
Postcommunio

Da, quæsumus, Dómine, fidélibus pópolis ómnium Sanctórum semper veneratióne lætári: et eórum perpétua supplicatióne muníri. Per Dóminum.

## Die 12 Novembris

In Ecclesiis consecratis Archidiœceseos excepta Metropolitana

## IN ANNIVERSARIO DEDICATIONIS PROPRIÆ ECCLESIAE

Duplex I classis cum Octava communi Missa Terribilis, de Communi Dedicationis Ecclesiæ.

Et, in Missis privatis lectis tantum, fit Commemoratio S. Martini I Papæ et Martyris:

## Oratio

**M**Gregem tuum, Pastor æterne, placátus inténde: et per beátum Martínum Mártirem tuum atque Summum Pontificem perpétua protectione custódi; quem to-

tius Ecclésiæ præstítisti esse pastórem. Per Dóminum nostrum.

## Secreta

Oblátis munéribus, quæsumus, Dómine, Ecclésiam tuam benígnus illúmina: ut, et gregis tui proficiat ubique succéssus, et grati fiant nómini tuo, te gubernánte, pastóres. Per Dóminum nostrum.

## Postcommunio

Refectiōne sancta enutrítam gubérrna, quæsumus, Dómine, tuam placátus Ecclésiam: ut, poténti moderatiōne dirécta, et increménta libertatis accípiat et in religiōnis integritatē persístat. Per Dóminum nostrum.

## Die 19 Novembris

## S. ELISABETH VIDUÆ

## Duplex II classis

Missa ut in Missali hac die.

In Ecclesiis consecratis Archidiœceseos, excepta Metropolitana, fit Commemoratio dici Octavæ Dedicationis Ecclesiæ propriæ.

Ubique, in Missis privatis lectis tantum, fit Commemoratio S. Pontiani Papæ et Martyris (e Missa Si diligis me), ac dicitur, excepto casu, quando prius facta est Commemoratio Dedicationis, Præfatio de Apostolis.

## INDEX ALPHABETICUS

	pag.
Annonis Episcopi et Confessoris, duplex.	4 Decembris
Ansgarii Episcopi et Confessoris. Commemoratio.	3 Februarii
Bonifatii Episcopi et Martyris, duplex II classis.	5 Junii
Brunonis de Querfurt Episcopi et Martyris, duplex.	14 Februarii
Clementis Mariae Hofbauer Confessoris, duplex.	15 Martii
Conradi a Parzham Confessoris, duplex.	21 Aprilis
Cunigundis Imperatricis, Viduæ, duplex.	3 Martii
Dedicatio Ecclesiæ Metropolitanae, duplex I classis cum Octava com- muni.	22 Julii
— — Octava, duplex majus.	29 Julii
Dedicatio propriæ Ecclesiæ, duplex I classis cum Octava communi.	12 Nov.
Elisabeth Viduæ, duplex II classis.	19 Novembris
Engelberti Episcopi et Martyris, duplex.	7 Novembris
Eobani, Adelarii et Sociorum Martyrum. Commemoratio.	5 Junii
Ewaldorum Martyrum, simplex.	3 Octobris
Henrici Imperatoris, Confessoris, duplex majus.	15 Julii
Hildegardis Virginis, duplex.	17 Septembris
* Idæ Viduæ, simplex.	4 Septembris
Juliani Episcopi et Confessoris. Commemoratio.	27 Januarii
Kilian, Patroni minus principalis Archidiœcesis et Sociorum Martyrum, duplex majus.	8 Julii
Leonis III Papæ et Confessoris. Commemoratio.	12 Junii
Liborii Episcopi et Confessoris, Titularis Ecclesiæ Metropolitanae et Patroni principalis Archidiœcesis, duplex I classis cum Octava com- muni.	23 Julii
— — Octava, duplex majus.	30 Julii
— — Translatio, duplex majus.	30 Maii
— — Reductio Reliquiarum, duplex majus.	25 Octobris
Ludgeri Episcopi et Confessoris, duplex.	26 Martii
Mathildis Imperatricis, Viduæ, duplex.	14 Martii
*Meinolphi Confessoris, duplex.	5 Octobris
Petri Canisii Confessoris et Doctoris, duplex II cl.	27 Aprilis
Sturmii Abbatis, duplex.	17 Decembris
Udalrici Episcopi et Confessoris, Patroni minus principalis Archidiœcesis, duplex majus.	4 Julii

Ratisbonæ, sumptibus et typis Friderici Postet  
Printed in Germany

APPROBATIO

CONCORDAT CUM ORIGINALIBUS APPROBATIS.

Paderbornæ, die 1 Decembris 1953

Dr. TUSCHEN  
Vicarius Generalis

IMPRIMATUR.

Ratisbonæ, die 23 Decembris 1953

*pro vic. gen.*  
J. BALDAUF can.